

Putl

ocitare
conjugali

1772.



P. 411

548
SPECIMEN PHILOSOPHICVM
DE
SOCIETATE CONIVGALI

AVCTORE

CAROLO FRIDERICO GANS
NOBILI DOMINO IN PVTLITZ.



HALAE AD SALAM, AERE HENDELIANO.

MDCCCLXXII.

11. 4. 06.



SCHEMINTH GEOGRAPHICUM
CONIAGALI

CARTOGRAPHIA

GEORGII HERMANNI

EX LIBRIS



VIRO

ILLVSTRISSIMO ATQVE ECCELLENTISSIMO

D O M I N O

CAROLO ABRAHAMO

LIBERO BARONI

DE ZEDLITZ,

STATVS ET IVSTITIAE MINISTRO,

REGIARVM ACADEMICARVM CURATORI

ETC. ETC.

DYNASTAE IN CAPSDORF, MICHELWITZ

ETC. ETC.

VIRG

ILLUSTRISIMO TOTAE ECCLESIAE INSTITUTISIMO

FAVTORI SVO SPLENDIDISSIMO

DONATIO

CAROFO ABRAHAMO

HOC

QVALECVNQVE STVDIORVM

DE PREDILECTIONE
ACADEMICORVM SPECIMEN

SUMMA ANIMI PIETATE

OFFERT

A V C T O R.



SPECIMEN PHILOSOPHICVM
DE
SOCIETATE CONIVGALI.

ARGUMENTVM.

- §. I. Dicendorum ratio.
§. II. Finis societatis conjugalis est so-
bolis procreatio.
§. III. a) De constituenda societate
conjugali.
§. IV. De Polygamia non plane illi-
cita.
§. V. De gradibus prohibitis juri na-
turae incognitis.
§. VI. b) De constituta societate con-
jugali.
§. VII. c) De dissoluenda societate con-
jugali.
§. VIII. Conclusio.

§. I.

Iuris naturalis prudentiam, inter omnes philosophiae partes primum obtinere locum, extra omnem omnino dubitationem est positum. Haec enim est, quae nos vitam ita instituendam, prout scopus hominum essentialis exigit, docet; haec est, quae omnium philosophiae, studiorum ma-

A 3

tris,

tris, partium, arctissimo nexu iuri positivo iuncta est; haec itaque est, cuius cultura, omnibus, praesertim iurum cultoribus, maxime curae cordique esse debet. At nolo hic laudes diuinae huius scientiae celebrare, dixi tantum, ut exinde, cur iuris naturalis materiam pertractandam elegarim, appareret. Atque ne ullam quidem cognosco iuris naturalis thesin, tractatione indignam, dignissimam vero hanc de societate coniugali putaui, sine qua multa in iure positivo determinare non ausim; elegi itaque illam, ut viam eo mihi aperirem alio tempore, Deo fauente, eam iuris positivi particulam, quae circa iura versatur atque obligationes hanc societatem concernentes, exponendi. Quare preeprimis in hac tractatione operam nauabo, ut omnia secundum ius naturae recte determinem, quod quo facilius a me expediatur, antequam de ipsa hac societate, eamue concernentibus iuribus obligationibusque differam, paucis de eius sine essentiali loqui constitui.

§. II.

Nullam fere cognosco materiam, in qua tantum Philosophorum dissensum inuenierim, ac ea in quaestione: *quisnam societatis coniugalis sit scopus essentialis?* Sunt nimurum qui solum procreationem, sunt qui mutuum adiutorium, aut si maius, indiuiduam vitae consuetudinem, sunt denique qui libidinis extinctionem, finem huius societatis essentialem putent. Non itaque mirandum, si quoad iura istius societatis ipsa, hi minus in modum inter se dissentiant, nec inane aut superfluum puto, hac de re, tanquam omnium iurium atque obligationum, societatem nostram cernentium, fundamento, paucis differere. Atque nostra quidem sententia eorum partes-tuendae sunt, qui solum procreationem finem huius societatis proximum essentialem esse aiunt; ne vero in aliorum reprehensionem iure incidamus non eos sequemur, qui quae affirmant ex scripturae sacrae locis deducere conantur; talia quidem vobis, qui omni philosophica ratione destituti estis, magno sunt ornamento, et qui theologicas veritates fontem habetis vestracae Philosophiae; nos vero vtamur illa in iis ubi probandi vim natu est, at in philosophia merito ab illa abstineamus, probeamus potius nostram sententiam iis rationibus, quae ipsae philosophiae originem debent.

Res vero aptissime mihi videtur expedienda, si principium quoddam generalissimum constituimus, ex quo quis cuiuscunq; rei sit finis poterit

terit diiudicari; hoc vero facillime potest absoluī, si tantum cogites duplēcēm nobis a natura impositam esse obligationem, quarum prima omnibus ad finem suum essentialeū vti, alterā optima omnia consequendo studere, nos impellit, vtraque vero, nīs naturales obligationes laedendas putas, summa diligentia implenda. Quod si vero vtramque vis prosequi, necesse est, vt in vno eodemque conueniant; mentem explicabo: necesse est, vt hae duae obligationes non sint duae obligationes a se iauicem diversae, sed tantum vna eademque, non enim vtramque, tamquam ab altera diuersam, potes explere. Aut enim adhibendo rem ad vsum eius essentialeū simul quod *optimum* est consequeris, aut non, si posterius, *optimum* tantum nancisci potes vtendo re contra eius scopum essentialeū, sicque explendo alteram obligationem semper priorem laedis; ponamus nimis, vt rem ipsam exemplo illustrem, finem rei cuiusdam essentialeū esse rō A., optimum vero quod consequi posses esse rō B., nunc consequendo rō A. simul rō B. consequeris aut non, si posterius negligendo rō A. tantum rō B. accipies, vnam itaque in pugna obligationem alteri esse praeferendam facile concedes; atque nonne quilibet mecum rem faceret, qui tantum optimum consequendo studerem, neglecto fine rerum essentiali? Nonne absurdum foret, duplēcem alicui imponere obligationem, quarum vnam tantum alterius semper violatione, implere possibile esset? Nonne hæc summi terrarum orbis erectoris sapientiae contradicerent? Nonae mecum Deum sapientissimum insapientissimum vocares, qui non optimum rebus praescripsisset finem, qui ad impossibilia nos vellet obligare, obligationes puta explere sibi ipsis vicissim contradicentes, qui potest velle, quod optimo postponitur? Deus sane ens omnium optimum, optima tantum sibi potest repræsentare, optimaque tantum velle, alias Deum non tanquam Deum agere strenue contenderem. Non itaque nisi finem optimum rebus potest praescribere, atque omnium rerum finis est *optimum*, vsusque rerum quo *optimum* consequimur rectus est, et fini conuenit eique respondet; nec talis casus mente possibilis cogitari poterit, quo quod optimum est, non nisi tum consequimur si res ad alium, quam essentialeū, vsum adhibemus.

Hoc principio constituto, facile erit iudicatu, quis sit partium genitalium scopus essentialis; certo in eo consistit, vt *optimum* quod iis possumus consequi consequamur. Duplex vero adeſt harum partium usus, vel ad soboles procreandas adhibentur, vel ad libidinis extinctionē, tertius cogitari nequit; definiendum itaque quinam inter hos sit optimus.

At-

Atque vix credo ullum fore, qui fanae rationis vsu non renunciauerit, qui contendet bonum illud quod posteriori casu consequimur melius esse, eo quod priori nanciscimur, quid? ne quidem bonum est quod eo consequeris. Procreando soboles, officio nostro quoque satisfacimus ad genus humānum propagandum nos obligant, quod nobis incumbere ex post dicendis apparet, cum libidinem extinguendo nullam obligationem impleamus, potius eam, quae omnem aetum libidinosum omittendum iubet, violemus ^{a)}.

Illo

- a) Non monendum me puto, si hoc loco paucis quidem verbis, omnem aetum libidinosum esse omittendum, probo. Coitum sobolis procreandae causa exercitum, ei esse praferendum qui ad meram libidinis extinctionem tendit, in Spho ipso a me probatum, id vero adhuc expediendum: anne actus mere libidinis, eo saltem casu, hanc sint reprobari, si quis in eo se deplorat statu, quo ad soboles procreandas, coitum cum effectu exercere nequeat? eos puto, qui impotentia liberos generandi absolute tali quam maxime laborant. Ego vero in decidenda hac quaestione, eorum partes tuendas puto, qui absolute, omni sine exceptione, actus libidinosos damnatos contendent, non enim in hoc casu partium vissus genitalium est rectus, vt ex ipso Spho satis abunde elucescit, nec ille in hoc casu licet, quamvis rectus eorum vissus adliberi nequeat, cum omnia ea sint intermitenda, quae ad salutem nostram promouendam nihil conferunt, quibusne nihil quod bonum est, consequimur, id quod omne hoc casu desidero, non itaque nisi malus talis actus est vocandus, nisi, hem! illud! Archelai inuentum, actus indifferente velis statuere; quorum cerebrinitatem statim dicam. Immo ego omnem coitum, in societate nostra exercitum, damnandum puto, si libidinis potissimum causa est celebratus, quamvis per accidens eius finis sit obtentus, in eo enim iam peccatum est, si quis partibus genitalibus, non ANIMO soboles procreandi, sed libidinem extinguendi, vitetur.

Nec pro actu indifferente, libidinis exercitatio in dicto casu habenda, cum tales non nisi in abstracto, non vero in concreto, nisi per sonum, possint cogitari. Quidquid enim agimus, ita est comparatum, vt eius omissione maiori nobis sit utilitat quam actio ipsa, vel non. Priori casu actio haec mala vocanda, cum eius omissione bonum nobis adferat, praferendum ei, quod actio nobis praebet. Posteriori vero laudanda, cum bonum quoddam consequimur, quod consequenti nuncquam essemus, nisi agendo id quod egimus. Sed indifferens, eius quoque omissione. Atiam itaque luppeditabo demonstrationem. Omnis actio vel est ita comparata, vt in eius locum alia quedam succedere posse, vel non. POSTERIORI casu, actio haec vel omitti potest, vel non. Si POSTERIVS, actio haec plane non est indifferens, cum non sit libera, sed necessaria, quia extrinsecus cogimur,

Ilo casu, statum quoque nostrum externum reddimus perfectiorem, felicitatemque nostram augemus, quod omne in hoc cessat, nec quidquam est, quod eo consequeris; voluptate frueris, per id tantum tempus durante, que libidinem exeres. Nolo vero omnia bona enarrare, quae ex eo obtigunt, quod quis soboles habeat, non dicam amicorum, strictissimo nexu nobis coniunctorum, numerum augeri; nec reliqua attingam, quae quiuis ipse iam videt. Praferendus igitur partium genitalium usus, ad sobolem procreandam tendens, praferendus, inquam, eo qui solam libidinem extinguit, et hunc pro resto, partiumque genitalium essentiali proximo, habebo, donec quis alium mihi suppeditabit, quo maiorem hoc nanciscimur utilitatem; et si ponas illud absurdum, finem harum partium non eum esse, quem dixi, hominem obligatum esse ad hunc negligendum, cumque, quo maius bonum consequimur, praferendum, nemo non videt, nosque in superioribus iam iam stabiliuimus. b)

Atque

gimur, ad illam agendam, indifferentes autem, quoad liberas tantum locum habere possunt. Si PRIVVS, neque tunc haec actio est libera, cum, quamvis omissione eius a nostra voluntate dependet, tamen physice per hypothesis impossibile fuerit, alias actionem, ac committimus, committere. Et sit ita, vt haec actio eiusue omissione, aqua lance ad nostrum statum felicitatemque operetur, tanen dictam ob rationem, indifferenti vocari nequit, quid? quod, ne quidem istud existere potest, vt actio, eiusue omissione aequaliter nostram salutem promoueat; idque adparet ex principiis Metaphysicis, et quidem per principium discernibilium, seu identitatis, vt aiunt, indiscernibilium, vi cuius clarum est: non duo plura existere posse, sibi, quod ad omnia, aequalia, quod tamen hic existere, si minimus eventus actionis, eundem omnimode in salutem nostram haberet influxum, quem eius omissionis eventus: duo hi eventus, actionis scilicet eiusue omissionis, sibi aequales forent, quod tamen, dictis ex rationibus, quas probare non huic est loci, fieri nequit. PRIORI casu, haec actio quae in locum alterius succedit, vel aequo modo nostram salutem auget, eique adnexa, quam ea in cuius locum succedit, vel non. Si PRIVVS, iterum duarum actionum effectus plane iidem forent, quod tamen ex dictis principiis esse nequit. Si POSTERIVS, haec actio quae in alterius locum succedit, vel majori gradu status nostri, sive externi, sive interni, felicitatem auget, vel minuit. Si ILVD, actio haec bona est, alterius praferenda, nisi legum naturalium violationem non cures, quae optimum ut prafereramus iubent. Si no c, haec actio est mala, alterius postponenda. Habet itaque quae milii de actibus indifferentibus videntur.

- b) Illa vero probatio: duplicein hanc nobis incumbere obligationem; quarum una ad optimum consequendum nos mouet, altera ut rebus ita vtatur,

B

prout



Atque cum nostra societas, partium genitalium usum, ^{c)} pro objecto habeat, haec vero ad soboles tantum procreandas adhiberi, ut modo probauit, debeat; sequitur: *hanc esse societatem, cuius finis in sobolis procreatione consistit.* Haec iam, ut ipse vides, ex eius natura atque essentia profluent, quod si vero, sanae rationis usu, non exinde deduci possent, puto tamen te esse obligatum, ut hunc tuae societati praescribas finem, cum omnium sit optimus. Nec nostro melior mihi videtur, ille, quem alii putant, finis, individualum nimirum vitae consuetudinem, et mutuum adiutorium; haec omnia quoque, curae et in societate, cuius membra eiusdem sunt sexus, subsistere possint, haud video; et hi, si, ut huic nostrae oppositioni effugere possint, dicunt: *esse societatem, ad individualum vitae consuetudinem initam, e personis diuersi sexus constitutam;* redeunt ad id, societatem nimirum coniugalem, sine partium genitalium usu, haud posse cogitari, cum reliqua omnia, et personis unius sexus, possint obtineri.

Praemissis his in genere, facile perspicere poteris: *societatem conjugalem, esse inter duos homines, diuersi sexus, initam, cuius finis in sobolum procreatione consistit.* Inter duos tantum homines, dixi, hanc societatem posse cogitari; noli vero exinde deducere, me Polygamiam plane reprehendendam putare, de hac enim postea loquendi erit occasio. Propositio mea autem per se clarissima, quae enim ex pluribus membris constare dicitur, quamque polygamiam vocant, non una eademque est societas, sed plures potius diuersae societates, quarum unus idemque est finis; non enim dici potest, duas foeminas, quae communem habent masculum, se consociasse ad soboles procreandas, hocque valde absurdum foret, sed utraque separatim ad hunc finem se consociavit, uno eodemque masculo. Nec societas composita ista poterit vocari, cum non communis adsit finis, quamvis idem obtineat, sed potius: *complexus plurium monogamiarum*

^a
prout scopus earum essentialis exigit; a me hoc loco desiderari nequit, cum haec iam per se satis elucescant, nec probari possint, nisi limites opusculi egrederer.

^{c)} Sime hoc enim societatem conjugalem, neque dari, neque dari posse, nullus sane negabit, alias enim, eodem iure societas coniugalis, inter unius eiusdemque sexus personas, locum habere posset.

a se inuicem diuersarum. Noli credere, hanc distinctionem superfluam esse atque otiosam, ipse vidi viros summos, et in Philosophia maxime profectos, polygyniam pro vna societate habuisse, multaque absurdia in doctrina de polygynia exinde deduxisse; quid itaque nostra distinctione, cum ope eius errores possimus effugere, feracius?

§. III.

Ad ea nunc accedamus, quae obseruanda sunt in societate nostra, et primum quidem in illa constituenda; in quibus determinandis, distinguenda sunt, 1) ea, quae in PERSONIS, nostram societatem ingrediens, requiruntur, 2) deinde vero ea, quae EXTRAILLAS adesse debent; nisi societatem habere vis macula notatam.

Ad prioris generis refero, 1) vt, qui hanc societatem ineunt, ad finem eius obtinendum, sint capaces, sive nec absoluta, nec hypothetica liberos procreandi facultate, laborent; haec iam ex ipsa huius societatis notione atque essentia, quam §. praec. suppeditauit, fluunt; et isti coniugali impotentia laborantes, si coitum exercent, contra iuris naturalis praecepta peccant, *per ss. II. not. a.*, nam effectus nunquam fini potest respondere, sive vhus iste partium genitalium superfluous, atque in eius locum alia quaedam succedere potest actio, maiorem nobis utilitatem tribuens. 2) Vt coitus celebratio salua hominum sanitate exerceri possit, neque illa fieri debet cum violatione reliquorum officiorum, obligatione soboles procreandi fortiorum, inter quae et sanitatis curationem pono, nemo enim viliora fortioribus debet praeferre, fortiorum hanc vero esse, nemo est qui non videat. 3) Vt societatem nostram ineuntes, iis quoque requisitis sint instruti, quibus ad sobolis educationem, quam parentes curare debere, non huius est loci probare, opus habent; huc etiam pertinere credo, vt parentes non pratos mores calleant, ne alia dicam. 4) Vt hanc societatem etiam animo ineant, soboles procreandi, non libidinem extinguendi *per ss. praec. not. a.*

Ad posterioris autem generis, mea quidem sententia, pertinent,
 α) vt qui hanc societatem velint constituer, non bonis sint destituti, et reliquis omnibus instructi, quae ad liberorum educationem expediendam faciunt. β) Vt vtriusque socii consensus, ad eam cum altero ineundam adsit, id quod ex ICTORUM mente dicitur: pacto opus esse, ad eius validitatem.

tatem. d) Illicitum enim foret, sine alterius consensu, hanc iure societatem;

d) Non quidem me fugir, multos esse, qui pacta iure naturae haud fundata putent; licet itaque mihi, meam propositionem contra horum imperium munire. Pacta enim iuris esse naturalis, multis quidem probare possem, ne vero omnia repeatam, quae viri multi gravissimi longe iam ante me adduxere, siue exantatos iam labores in me suscipere videar, paucia tantum ea que gratissima proferam.

i) Multa ex hoc principio: *pacta iuris non esse naturalis*; deduci possunt absurdia, siue nihil, per principia logica, istius propositionis probatio, probare potest. Sic ies, que ad vitas communitatem iunctitudinique spectant, nos instruere haud possemus. Dices, iure cogendi haec omnia consuequi nos posse. At, ius cogendi, me quidem iudice, non nisi in statu necessitatis nobis competit, necessitas vero nunquam adeat, si circa vitae communitates iunctitudinesque versanur. Ius cogendi, est medium tantum subsidiarium, quod, reliquis omnibus cestantibus, locum modo iuuenire potest, atque non opus est iure cogendi, *vbi initiori et rationabiliori medio*, siue nobis propositum explore possumus; nec ius cogendi, vbi iam dixi, extra necessitatis statum, locum habet, qui mihi est: *statu, vbi ob collisionem plurium officiorum perfectorum, iis simul satisfieri nequit*; tale quid antea non video, si de iunctitudine atque vita communitate sermo est, nec istud video, vbi, si pactis locum dannus, illa sit obligatio, cui satisfacere non possemus, puto rarius tunc euenire posse, ut collatio officiorum adsit, quibus simul satisfieri nequeat. Atque, vt ad nostram societatem haec applicem, non video, quomodo hi, qui pacta non admittunt, societatem iure velint coniugalem, nisi iis in hoc casu, siue extra necessitatis statum, ius cogendi velis concedere, quod vero tunc ex ictorum mente, *STUPRUM VIOLENCEM*, esset vocandum. Ecce consequentias, quae ex hoc principio faciliter colligi possunt; necesse igitur, ut hi pacta damundo, simul stuprum violentia iuri naturae haud repugnare, contendant. Deploro itaque vos, imbecilli iuris naturalis DD.! qui nimis debiles estis, vt ad stuprum aliquam cogere possitis; necesse est, ut vel obligationem soboles procreandi, quam vobis incumbere ipsi profitemini, non impleatis, vel vos errasse, et pacta iuris esse naturalis, fateamini. 2) Addam id unicum adhuc, quod pacta apud omnes totius terrarum orbis gentes, a primo iam mundi initio, inuenias. Non lepidum, sed gravissimum notatum dignissimum, hoc mihi videtur argumentum, quamvis multis quidem, risu haud indignus, id adducens videar. Quidquid enim est iuris naturalis, apud omnes quoque gentes hominesque, nullo quidem excepto, obtinere debet, omnibus enim hominum competit natura et essentia, omnium iuris naturalis principiorum unicum fundamentum, ergo quoque quae iuris sunt naturalis. Neque enim omnes gentes hominesque aliud quid com-

mu-

tatem; ubi vero plurium adest consensus in idem placitum, ibi etiam placitum, ut cum 1Ctis loquar. c)

§. IV.

mune habent, nisi naturam eiusque iuris principia. 3) Tertium ex ultimum sit, quod pasta adhuc inter omnes terrarum gentes valeant, quas in statu naturali adhuc hodie vivere, certo quilibet concedet. Nec alia iura homini extra rempl. viventi competit, ac hodie universo genti populoque, exceptis iis, quae ex re publicae natura profundunt, quibusue respl. ab uno homine discerni potest. Sed nolo extra oleas vagari, quare nec haec materia pluribus hic a me excutienda, aduersiorumque rationes expanderande.

- e) Caeterum autem haec adhuc notanda, 1) Polygamiam, non iure naturae omnimode esse prohibitam, de quo §. seq. pluribus differendi occasio fere praebet. 2) Nec gradus prohibitos, iure nostro esse introductos, qua de re §. V. fatus loquendum. 3) Nec pasta dotalia, iuri nostro repugnare, quibus omnia, quae durante hac societate, valere debent, possunt determinari, quanvis illis non absolute opus sit; bene vero pacto nuptiali, quod nota praece. a me probatum. 4) Nec parentum, nec dominorum consentium, si quaed corpus in alterius dominio existunt, ad validam hanc societatem requiri, existimo. Prius facile iam adaptaret, si tantum cogites: societatem hanc, a personis patriæ potestati subiectis, constitui hanc posse. Non enim is eam potest innire, in quo ipsa educatio nondum est consequuta, quia talis officio, liberos nimirum suos educandi, satisfacere hanc potest; quid? quod, physica quoque, coitum exercendi facultas in isto adhuc deficit; quod si vero, in hoc ipso educatio iam est obtenta, ipso quoque iure patriæ potestatis vincula dissoluuntur, nec ei amplius subeft; siveque non video rationem, cur parentum consensus, ad negotia quae quis disfutura patria potestate init, exigatur.

Posteriorius autem exinde probo, quia seruitus non iuris est naturalis, quin immo illi repugnet, siveque illicita habenda. Omnes enim seruitutem constitueri modi, iuri nostro plane sunt incogniti, eique aduersantur, atque hi qui magno conatu anxiæ demonstrant, seruitutem iuris iam iam esse naturalis, sordidissimam nobis reddunt iuris positivi atque naturalis mixturam, quam philosophorum, iure talium, vix quisquam potest tolerare. Seruitus, est res meri positivi iuris, suntque eam contrahendi, sex potissimum secundum iura Germanorum, modi. Non quidem nostro scopo conuenit errores horum iuridico-philosophorum, seu, ut verbo omnia complectar pragmaticorum ex mente Graecorum, refutare. Ne vero hi magno risu fere iaditent, siveque principia fortissimo fundamento nitit, quibus vix quisquam satisfacere posset, putarent, brevibus dicam, quae illis obstant, quominus ciuitatis ius, in iure nostro eis tribui possit. Est vero a) primus seruitutem contrahendi modus: *si quis ex matre ancilla est natus*

§. IV.

Polygamiam non omnimode esse illicitam §. praecc. not. e. no. I. dixi, quod ut nunc probem iure a me potest postulari; ego autem si dicam

tus. En! mirum! quia mater est ancilla, partui non competit iura connata! O! logica! quis se philosophum potest vocare, qui te neglexit! Iura connata, sunt iura omnibus hominibus competentia, et tamen partui ex ancilla non competit! Iura connata, ex hominis natura fluunt atque essentia, eique ita inherent, ut dum homo talis sit, ea quoque statim adhinc, competere itaque et debent partui ex ancilla matre nato, alias hic partus non esse deberet homo; haec vero iura omnibus sunt communia, quod ne quidem aduersarii negare possunt, libertatem autem ius connatum esse per se clarum, siveque mater ancilla non impedimento esse potest, quominus hoc ius suis liberis quoque tribuatur, β) captiuitas ab hoste in bello facta. Hanc quidem ius nobis dare in captiuum, omnia cum eo agendi, que, ad nos securos contra eius impetum turosque reddendos, faciunt, sana ratio affirmat, non vero corporis ipsius dominium eo modo consequi possumus; saltem ego, hoc enim lubenter fateor, talem nexum haud video, praefertum cum, mitiora semper grauioribus esse praferenda naturalis aequitas suadeat, γ) si quis XXIV. anni maior, se venundari passus est, et de pretio participat. Hem! pacto itaque quis sui corporis dominium alteri potest tribuere, dominium rei in alterum transferre, de qua ipsis disponendi facultas non competit! δ) Si quis capite minuitur, et maximo quidem gradu. En! quaeo! capitum minutio, illud iuris Romani inventum, iuri naturae originem debet! ε) si pacto quis se in miserrimam servitutis conditionem sua sponte ipse dereliquerit. Hic modus a germanicis introducetus, omnique sanae rationi repugnat. Homini non competit ius, de se ipso, pro libitu disponendi, alias et autochiria licita foris; et tamen patria iura ei hoc concedunt: praestant nobis facultatem, sive expresse sive tacite iuribus connatis, renunciandi, absurda itaque, rationique repugnantia continent. ζ) Si quis ob poenam seruus fit, et hic quoque modus moribus maiorum, barbarissimae omnique aquitati et iustitia constituta gentis, quae crudelissime cum miserrimiis agebat, originem debet. Iuri vero naturae haec repugnare per no. β , clarum. Hi sunt modi servitutem constituendi omnes, quos iuri nostro repugnare, quilibet philosophorum iam videt; atque ne quidem legislator humanius, legibus positius eam potest introducere, nisi ei ius, leges naturales innutandi, velis tribuere; et si legibus introducta est, omni validitate destituitur, quia his legibus naturalis obligandi vis deest. Insana itaque et otiosa de regno herili disputatio. Sed ut recte mentem meam intelligas, scias, me de tali societate herili tantum loquutum fuisse, quae inter dominum, et seruos obnoxios locum habet, de ea vero, quae inter seruos mercenarios

rios

eam quod sentio, nec villam quidem video rationem, cur eam in totum
damnem: distinguendum potius est, inter polygamiam quatenus est polygy-
nia, et quatenus est polyandria, utramque vero in simultaneam diuidere
solent, et successiuam.

Quod ad priorem quidem speciem attinet, si successiva est, nem-
inem qui illicitam contendere nosco, secus autem, si de simultanea
quaestio mouetur, multa enim afferuntur, quibus damnatam lege naturali
eam esse afferere conati sunt, quae vero cum haud grauiissimi momenti pu-
tem, non est cur dampnum f.). Atque inter plura argumenta, quae pro
nostra

rios constituitur, longe aliam ferre sentiam. Nec curo eorum ar-
gumenta, qui fieri locorum ex scriptis mosaicis, nobis recitare
possunt, quibus feruitum iuris esse naturalis demonstrant, saltem ei
non repugnare. Sat fortibus argumentis fiat mea probatio, et cum ne
Deam quidem ipsam contra legum naturalium sanctionem dispensare
posse, §. *conseq. nor. g.* paucis demonstrabo, ex hoc quoque mea sen-
tentia: *DE FIDE, SCRIPTIS MOSIS*, qui permittente Deo, se
feruitum Iraeliticis tantum concedere, vbius affirmat, *PRAE-*
STANDA, colligi potest. At, redeamus ad rem ipsam, si feruitus iu-
ris naturalis, tamen dominorum consensu, ad matrimonium feruorum
obnoxiorum valide constituendum, non opus est; nam Domini in-
teresse non potest, si ferui hanc inueni societatem, nec ei competere
potest ius, feruos cogendi, ut obligationem natura nobis impositam,
foboles scilicet procreandi violent, nec iura feruo suo denegare potest,
quae homo homini debet.

f) Nec solennitates externae, sive ad eius constitutionem, sive
ad eius consumationem, quae sola copula carnali abfoluitur, lege na-
turae praecipiuntur. 6) Nec obstat ratio, curne ad tempus quoddam
hanc societatem inire, licet. Ut silentio reliqua praetermittam, iure
positiuo introducta, iuri naturae autem incognita.

f) Ne vero quidquam a me neglectum videatur, meum duxi, omnia nunc
quae in contrarium proponuntur, sub censura vocare, sunt autem po-
tissimum, quis eniin omnia potest intelligere et scire, quae in philo-
sophorum cerebris enata sunt? quae afferunt, haec 1) *ex polygynia*
oriri posse discordiam, huic autem argumento duo potissimum op-
pono, consequiam minima a τῷ posse ad τῷ esse, per principia lo-
gica haud valere, nec exinde ad punctum iuris fieri posse conclusio-
nem; deinde ex hoc principio: *omnia esse omittenda, ex quibus*
oriri possent discordiae, id quoque deduci posse, nullam societatem,
sique nec monogamiam, esse licitam, quam discordiae exinde possint
ori.

nostra societate proferri possunt, id tantum adducam, ex quo, saltem ut mihi videtur, evidentissime apparet, cum quam maxime esse licitam, id vero

oriiri; probat itaque plus, vt siunt, quum probare debuit, quare cum logicis rem facio, qui talia tum nihil probare, probant. Immo ne verum quidem, discordiam ex polygynia posse oriri, cum en complexus tantum sit plurium monogamiarum, siveque si lites existunt, aut tantum inter monogamiarum socios nascuntur, aut non, siveque posteriori casu, inter membra diversarum monogamiarum, per §. II. 2) Numerum viriusque sexus in tellure fere esse aequalem; nihil vero quod iuris punctum exinde stuit, quamvis numerus sit aequalis, qui tamen certissime non est, quis enim omnes numerauit, in toto terrarum orbe, homines? Multi quoque horum societatem non ineunt; quia, adspicias tantum ingentem foeminarum numerum, quae in coenobitis se inclusas deplorant, illis in eundi occasione deest; nonne haec omnes ad eam forent capaces? Quis etiam est, quem fugiat multis adesse modos, quibus masculi vita priuantur, qui omnes foemininum sexum vis tangunt, vt tantum-ex pluribus bellum adducant. Atque ex eo, quod §. III. iunct. not. d. docui, consensum viriusque socii, ad nostras societas validitatem requiri, fatis quoque conflat, non nisi foeminarum consensu exhibito, valide illam esse contractam, nec vi iuris cogendi eam posse iniri; non itaque tertio competit ius prohibendi, vt a polygynia abstineam, ne ei eo facultatem, hanc societatem ineundi adimam, alias enim necesse foret, vt ius ei competere, foeminas cogendi, vt cum illo se ad sobolis procreationem obtinendam confocarent, siveque stuprum violentum introduceret (§. II. no. β); hoc vero cessante nec illud quidem eum inuarer, nec eu efficeret, vt femina se duci pateretur, atque certissime hoc modo foeminae nullam erga se affectionem inferret, si ea iam antea cessauerit. Nec nisi leue est quod opponunt, quemlibet occasionem habiturum in eundi matrimonium, si nemini polygynia licet, tum enim foemina cum eo etiam societatem iniret coniugalem, quo cum, si alio modo officio suo satisfacere potuisset, certissime non contraxisset. Haec quæstio in mero facto consistit, nec nisi ab experientia decidi poterit, nec decisâ quidquam releuat. Obligamus, facile hoc concedo, aliorum finem absolutum, nostro hypotheticò præferre, seu vt aliis verbis ut, debemus aliorum damnum posituum, nostro priuatiuo præferre; at si de damno tantum priuatiuo quæstio est, aliorum lane meo hanc præferrem, non autem nisi priuatiuum illud est damnum, quod alii patiuntur, si eos occasione priuamus in eundi hanc societatem, dum nos polygyniam contrahimus. Atque ne quidem in respectu ad totum, seu quod totum humanum genus video, cur polygynia sit præferenda monogamia, cum paucis nunc eodem modo id propagatur; quod alias pluribus quidem fieret. Et ne quid omittam, et hoc

vero in eo consistit, quod putem: neminem, ne quidem ipsum Deum,
sum-

argumentum logicae principiis obstat, facile probabo. Si nempe verum esset, neminem, ob virtusque sexus aequalitatem, polygyniam debere contrahere, ne alii eadem adimeretur occasio, neve quis plus haberet foeminas, quam ad suum usum creatae essent, ex hoc et illud sequeretur: Polygyniam quoque successivam esse illicitam, ea enim idem effici, non est quod probem, plus itaque quam probari debuit probat, quare nihil ex hoc probari puto. 3) *Hominem respicere debere ad naturam naturae, ex quo constaret: nullum animal polygyniam inire, quod et omnino ab hominibus sit peragendum.* At, haec mihi quam maxime videri ridicula, lubentissime fateor. Ego certo istud ius naturae haud sequerer, quod ab animalibus discendum; redeunt hi ad vilia ista stoicorum principia; atque si animalia imitanda essent, ego quidem prauissimis moribus nos imbutos evasuros credo. Dubito vix, an huic refutationi sit inhaerendum? ne vero quidquam negligam, paucis examinabo. Quaerimus autem, quanam animalia nobis praecceptores eligere debeamus? nonne multa sunt, quibus natura instinctum tribuit polygyniam contrahendi? quibus itaque te conformabis? Audias! iis, inquit, quibus ad foetus alienos, virtusque sexus auxilio opus est, exemplo sint aues. Scis igitur nunc, a quo vitam recte instituendi regulae sunt petendae; ab aliis inquam. Quod si vero leuissime modo in naturali historia es tinctus, facile videbis, summum totius terrarum orbis conditorem et hic grauissimum habuisse caussam, hisce animalibus instinctum ad polygyniam ineundam plane denegandi, cum alias educatio, ut hac voce de animalibus vix, pullorum minus recte posset absoluiri, quod secus vero in hominibus; unus iam coniugum educationem potest absoluere, quod quotidiana quoque experientia, optima sane magistra, docet. Immo haec animalia, plerunque 3. 4. 5. 6. 7. vel 8. pullos procreant, ad quos alienos plus sene operis requiritur, ac in una fobole, quam foeminae tantum edere solent, nec animalibus id est commodum, quod catullorum suorum educationem curandam aliis possint commendare, quo ramen homines trauntur. Sed quid cum ipsis naturali agendum, qui summi affectant philosophi, non vero nisi lepidissimi sunt hominculi, non puto hic amplius esse subsistendum, et cuiuslibet arbitrio relinquo, an velut nuto naturae magistro vi. Haec sunt grauissima quae proferre solent argumenta, quibus sublatris nulla remanet causa, cur polygyniam dicit §. II. sub circumstantiis, noli enim credere me eam simpliciter admittere, dannem; quam cum modo probo, si eam intiens tot foboles possit procreare, quot procreari possent, si quelibet foemina monogamiam tantum contraheret. Imo hoc casu ad polygyniam ineundam, nos obligatos statuo; quilibet enim summo gradu officiis suis satisfacere tenetur, torque bona ut con-

summum terrarum conditorem, q) contra leges naturales posse dispensare, si itaque polygynia ei esset contraria, non exemptionem dare potuisse, quam tamen illum dedisse, plura quidem sacrorum, ut vocantur, bibliorum loca testantur. At, ne longius quam necesse est huic rei immorer, ad polyandriam progrediamur.

Polyandriam, quod ad successiunam, de ea nemo plane disputat; quod ad simultaneam autem, sunt qui licitam putent, sunt qui reprobatam arbitrentur; et grauiter inter se discrepant philosophi. Me autem iudice iis accedendum, qui posterius defendant, quaeque ad hoc me mouent rationes, tanti mihi videntur momenti, ut superfluum putem, quae in contrarium adducunt refellere, non enim haec vera putare potes, si mihi adsentiri commouearis; et ii magno sanac rationis vitio laborent necesse est, qui longa verborum ambage multa egregia atque docta minantur, et nobiscum sub rosa quasi, nullam iuris nostri obstat rationem, quominus valida polyandria habenda, communicant; inspiciant hi nostram elaborationem, perlegant, videant quas adduximus rationes obstantes, indicentque deinde, an licita sit, an reprobanda. Meam autem ideo probo propositionem,

sequatur operam dare debet, quot consequi per suas vires licet; generis nostri propagandi obligationem autem nobis incumbere, §. II. iam iam probauit.

g) Tribus modo verbis, legum naturalium immutabilitatem tantam esse, vt ne Deo quidem contra eas dispensandi ius competit, probabo. Leges naturales ex hominum natura, et essentia originem trahunt, donec itaque hominum natura et essentia salua est, hae quoque leges locum habere debent, et quidquid contra has leges agitur, naturae hominum atque essentiae contrariatur. Qued si itaque Deus contra leges naturales vellet dispensare, vel naturam hominum atque essentiam immutet necesse est, vel aliquid faciat quod naturae hominum repugnat. Si prius, nulla adest dispensatio, quum leges ipsae sint immutatae: si posteriorius, Deus aliquid ageret quod contradictionem inuolueret, quod tamen eius sapientiae obstat, sive in Deo cogitari nequit. Demonstrationem meam veram esse, statim concedes, modo scias, me non omnia en vocare *LEGES NATURALES*, quae ex *OMNIVM RERVM* natura fluunt, sed ea tantum quae in *hominis* essentia fundata, nec ea mihi ius naturae constitui, quae ex aliis rerum, quam hominis natura profluunt, cum etiam res iuri naturae repugnantes, veluti societas quae est polyandria, naturam habeant, sive quae ex eorum essentia profluerent, etiam essent iuris naturalis.

nem; quia iam uno masculo id potes aequo modo, quid? quod, meliori ratione consequi, quod in polyandria pluribus aequo marte vix consequeris, ius naturae autem superflua ignorat abhorretque, sed simplicitatem naturalem omnibus praefert. Immo polyandria id etiam efficitur, ut caeteris foeminis ad monogamiam incundam occasio adimatur, siveque, quoniam humanum genus ab omnibus foeminis propagari possit, impeditur; nocua itaque haec polygamiae species generi est humano, quid? quod, ex medicorum principiis constat, monogamiae socios finem suum melius posse consequi quam polyandriac, cum haec saepissime impedimento sit, quoniam foemina possit concipere. Nec fugit eos qui medicinae artem callent, polyandriam sanitati foeminarum nocere, immo non parum afferre, quin steriles euadant. Atque haec sufficient; plura essent addenda, contra polyandriac licentiam, cui non adeo parvus philosophorum numerus patrocinatur, nisi ex his, satis iam elucescere existimarem: illicitam eam esse iureque naturae quam maxime reprobata; obligati enim sumus ad nocua fugienda, eaque omnia omittenda, quae finem magis impediunt, quam cum adiuuant, quaeque scopo hominis essentiali quam grauiissime obstant.

Hoc fuit meum de polygamia iudicium, cui plura adderem, nisi opusculi nostri limites prohiberent.

§. V.

Nullam graduum proximitatem in contrahendis nuptiis secundum ius naturae esse attendendam, seu quod idem est, gradus prohibitos iuri naturae haud esse cognitos, §. III. quidem dixi, nunc autem a me probandum. Evidenter nullam video rationem, curne societatem coningalem cum fratribus, sororibusque, quid? quod, cum ipsis parentibus inire, liberetur. Non quidem multi sunt, qui graduum prohibitionem ultra lineam rectam, inter ascendentes et descendentes, extendant, at eo plures cognosco, qui istud strenue contendere conantur; videamus itaque, an rationes, quibus haec defendere velint, sat fortes sint, ut nos in suam trahant partem. Multa quidem habent, quibus sententiam suam probare student, inter quae haec quidem, non enim omnia enarrare mihi proposui, maxime eminent. 1) *Naturalem adesse hororem, ab ipsis nuptiis abstinenti.* Hoc quidem argumentum, quamvis inter fortissima, quae proferunt, non ultimum occupet locum, lepidissimum tamen mea quidem est sententia. Atque si

dicam quod sensio, nullum horrorem naturalem ne quidem existere posse, multo minus ut actu hoc casu exigit, credo b). 2) Secundum argumentum, quo graduum prohibitionem, ex sanae rationis lumine deducere volunt, maiorem quidem, et ut mihi videtur, gratissimam veritatis speciem prae se ferre videtur, illud autem accurate perscrutantibus, ne vlo quidem est impedimento. Consistit autem in eo: quod collusio officiorum hoc casu adesset, ita ut officia erga parentes naturalia haud possent expleri. Videamus autem, in quo haec officia consistant, alia enim obseruanda sunt durante patria potestate, alia ea dissoluta; priori casu, obedientia parentibus praestanda, vt educationis finis possit obtineri, haec vero in collisione venire nunquam potest, cum cogitatu sit impossibile, societatem inire conjugalem durante hac patria potestate, qua de re pluribus disputauit §. III. litt. e. no. 4; si posterius autem, in reuerentia parentibus praestanda, consistere haec officia dicunt, quare de hoc paucis loquendum. Puto autem hanc reuerentiam nihil aliud esse, nisi complexum plurium motiuorum, officiorum imperfectorum parentibus pre aliis praestandorum; non enim obedientia esse potest, qua liberi e patria potestate emancipati parentibus sint obnoxii; nullum alias discrimen, inter liberos patriae potestati subiectos et emancipatos, adesset. Haec vero omnia subsistere et salua manere possunt, societate hac licet interueniente, quid? quod, inita hac societate augentur crescuntque. Nec vti mox probabo, foemina mortali

b) Horror enim naturalis, saltem ut ego eum mihi repreuento, talis est, qui ex hominum natura atque essentia necessario fluit, debet itaque in omnibus hominibus deprehendi, deficiente enim illo, homo non amplius naturalm suam haberet, sed eam eum exuisse necesse esset, i. e. homo esse desineret homo; nec quisquam hominum, donec est homo, quia vniuersalis est, hunc vincere posset horrem. Quotidiana autem experientia docet, tales, quos, quamvis diuinæ adhuc leges humanaeque haec omnia absolute prohibentes, cum parentibus coitum celebrare non pudet, saepenumero existere, quodque hi, qui criminalium sunt iudices optime sane testari possunt; isti itaque horrorem viceerunt, viceerunt horrorem ex ipsi sua natura profluentem, in suaque natura fundatam, quod vero cum impossibile sit, nec vniuersalis est, nec naturalis. Venit forsitan fictus ille horror ex timore, quem poenae a parentibus infictas nobis iniecerere, aut a nutribus nobis infitus est, aut tertiam addam coniecuram, ex eo forte originem trahit, quod nonnulli putant, diuina lege omnibus praescripta talem societatem esse prohibitam, aut ex malorum representatione, quae quis subire tenetur, qui incedendo istam societatem leges diuinæ, a nobis receptas, violat.

ritali potestati est subiecta, et si re vera adessent parentibus iura in liberos e patria potestate dimissos, non est, curne his renunciare liceret, et tacita si ineunt adest renunciatio; sed hem! dices, his renunciari haud potest, quia iam naturalia sunt. At credo haec nondum esse probata, nec probari posse; confundunt hi iura hominum connata, quibus vt ipse affero, nunquam quis poterit renunciare, non vero idem dicendum de iuribus acquisitis, ad quae etiam haec pertinent, quis enim talia ad connata referret? his vero omnino potest renunciari; sed ego ne quidem renunciatione opus censeo, cum nullam video collisionem. Atque fingamus patria potestate durante, iam liberos hanc societatem posse inire, (conf. §. 3. not. e. no. 4.), quid obstat, cur ineat? Nonne enim vnius eiusdemque societatis membra, simul alius societatis esse possunt? nonne haec experientia satis docet? et ponamus maritalem potestatem iam in iure naturali esse fundatam, nihilominus puto licere, qui enim in vna societate potestatem tenet, in altera alterius subesse potest, et iterum ad experientiam prouoco. 3) Ad adam adhuc, multos quoque populos gentesque nullam gradum admisisse prohibitionem, quod tamen certissime fecissent, si natura sanaque ratio illam nos iam doceret. Non enim hae gentes, quamuis barbarae sint, sanae rationis vsu destitutae vocari possunt, quod certissimum erit asylum, quo, vt quae docui, effugiant, se conferent, possemque magnum harum numerum recitare, si opusculi limites permitterent, aut quisquam ea exigeret. Haec de gradibus prohibitis dicenda fuere, quaeque in contrarium adducuntur etiam allegui, ipse itaque sis iudex, cui adsentiendum.

§. VI.

Egimus hoc usq[ue] de societatis nostrae constitutione, quaeque circa eam obseruanda vidimus; progrediamur itaque ad alteram opusculi partem, consideremus iura et obligationes in societate nostra iam constituta valentes, quarum longe alia habenda est ratio. In exponentibus autem iuribus obligationibusque, societatem coniugalem concercentibus, distinguendum inter ea, quae valent sine respectu ad soboles iam procreat, et inter ea, quae harum respectu tantum obtinent, nec his deficientibus cogitari possunt. Quae PRIORIS generis sunt in duas classes diuidere placet. Sunt vel talia, quae sobolis procreationem respiciunt, vel non. Si POSTERIUS, vel affirmatiue concepi possunt, vel minus. HOC casu notandum,

C 3

1) non

1) non dari potestatem maritalem, sed aequalem hanc esse societatem, nisi pacto, (Quod curne fieri posset, haud video) aliter sit constitutum, quae omnia ex ipsa nostrae societatis notione, §. II. suppeditata facili negotio deducenda. Sic itaque vxor maritali potestati haud subiecta est, sed libero eius arbitrio reliquum, an, et quid agere seu omittere velit, nisi talia agat seu omittat, quae fini societatis contraria sint, quippe quo casu marito ius competere, vxori ista prohibendi, ex principiis iuris socialis clare liquet, idem quoque dicendum, si maritus fini huius societatis nocua agat. 2) In regula non vnum coniugum, ad alteri alimenta praestanda obligatum esse, cum haec ex natura nostrae societatis haud sequantur. 3) Nec vnum ad alteri operas praefandas per societatis nostrae essentiam obligari, nisi haec omnia pacta speciali sint suscepta, quae iterum, curne fieri possint, haud video rationem. 4) Nec marito ius esse in bonis vxoris, nisi iterum ius commune pacto sit immutatum, ex societatis notione fluere. 5) Nec vxorem melius ius habere in bonis mariti, prae aliis, si quaedam ei attulisset, aut bonorum communio pacto sit constituta. Plura sunt ad hanc iurium speciem referendae, quae praetermittere lubet. **I**LLO casu, observanda, a) potestatem coniugalem penes vtrumque solum esse, et quemlibet qua membrum societatis consideratum huic subesse, per principia iuris socialis generalia, et per notionem nostrae societatis in genere, §. II. b) duplice casu vnum coniugum ad alteri alimenta praestanda esse obligatum, nimirum, **N** si vnum coniugum bonis lapsus est, alter vero sine ingenti detimento id facere potest. Probo haec exinde, quia alias iste in tristissimam illam conditionem detruderetur, vt nihil amplius ad finem societatis obtinendum posset conferre, ad quem consequendum quilibet operam naturae tenetur, idque ex §. §. superioribus appareat, **D**) si vxor est praegnans, aut partum iam edidit, sive in eo statu est, quo alimentis sibi ipsis propicere nequit, maritum obligatum credo, vxori ad alimenta ad vitam conservandam necessaria praestanda, quodque vel ideo contendit, quia alias foeminae vires ad finem necessariae adimerentur, vel ideo, quia maritus causa est efficiens huius status quodammodo miserrimi. Si **P**RIVS, attendendum. **a)** vni coniugum ius esse ab altero debitum coniugale exigendi, per finem huius societatis, §. II. **B)** debiti coniugalis praestationem negari posse, si iustae adsunt causae, quas puto, si *vel*, solius libidinis extinguendi causa eam exigat; *vel*, nihil ad finem obtinendum faciat, e. g. si impotentia coniugalis superueniat; *vel*, si officiis erga hominem absolutis contrarie-

tur

tur v. c. si vxor praegnans esset, vel soboli iam procreatae lac necessarium auferretur; *vel*, salua sua sanitate eam non possit exercere, aut alia caussa temporaria adesset, v. g. si vxor menstruat¹⁾; *vel*, plures liberos, quam iam iam procreauerunt, educare non possent, per naturam huius societatis in genere, et §. III. no. 1 et 2. 2) Vtrique sociorum ius cogendi esse alterum, vt praefter debitum coniugale, per validitatem paeti quo vterque ad hanc societatem incundam se se adstrixit, §. III. not. d. Quae autem ad ~~POSTERIVS~~ genus referenda, in eo consistunt: a) vt quilibet sociorum aequo modo expensas ferre teneatur, in educationem liberorum impendendas, b) vt quilibet sociorum gratis conferre debeat, quae corporis labore absolui possunt, per §. II. c) vt unus coniugum expensas solus adferre teneatur, si ab altero id exigi nequeat. Cacterum quilibet ipse iam videt, pleraque horum paetis specialibus posse immutari, et ea quoque in nostra societate obtinere quae in genere in omni societate obtinent, quaeque inter omnes homines locum habent.

§. VII.

Sequitur nunc ultima nostrae tractionis pars, modos hanc societatem valide contractam dissoluendi repraesentans. Dissolutio autem huius societatis fit, vel ipso iure, vel minus. Si prius, hi modi sunt, 1) *impotentia superueniens*, sive haec propter aetatem veniat, sive alio modo. Conditio enim nunc cessat, sub qua alter eam iniit, immo hoc casu partium genitalium usus non amplius rectus esse potest, per §. II. not. a. quia ad finem essentiali adhiberi amplius non possunt, per hypothesin, 2) *morte viuis coniugum*, 3) *si tempus ad quod inita est praeterlapsum*. Hoc enim casu id obtinere, quod in animo fuit, ergo non opus, vt alterius coniugis consensus accedat, ad dissoluendam hanc societatem, et ipse iam alterius coniugis in dissoluendam societatem, conditionate adest consensus, si nimur id tempus fuerit impletum. 4) *Si tot liberos procreauere, quot procreare voluerunt*, ob eandem rationem praecedenti casu suppeditata-

1) Quid vero? si sanitas eius, qui exigit coitus celebrationem, non permitrat, an alter a quo exigitur, hanc ob caussam possit denegare? Equidem non puto, cum vni hominum non sit ius cogendi alterum, vt ab officiorum suorum violatione abstineat, nisi simul simi hoc nocere possit.

tatēm. 1) Si POSTERIVS, dissolutio huius societatis fit vel consentientibus membris societatis omnibus, vel minus. PRIVS mutuo tantum consensu fieri potest, nulla enim iuris ratio obstat, curne haec licerent, cum solo consensu ea sit inita. POSTERIVS fit 1) ob adulterium ab uno coniugum commissū, si enim vnuſ fidelitatem promissam non praefstitit, nec alter suis promissis tenetur. At, notandum, hoc tantum ratione vxoris fieri posse, non respectu mariti, cui plures societas coniugales inire licet, nec pacto aliud constitui potest, cum dictis §. II. sub circumstantiis, maritus ad polygyniam obligatus sit, per §. IV. 2) Si vnuſ salua ſua sanitate coitum amplius exercere nequit, per §. III. no. 2. 3) Si vnuſ coniugum prauos mores, qui educationi obſtant, colere incipit, per §. III. no. 3. 4) Si vterque bonis lapsus est, ſicque ſoboles procreandas educari non amplius poſſunt, per §. III.

Quamuis autem legitimo modo dissolutio societatis noſtræ fata sit, nihilominus vterque ſocius in alia societate, ea puto, quae liberorum procreatorum educationem pro objecto habet, coniuncti manet, nec haec alia ratione diſſolui potest, niſi obtento fine, cum ipſo iure a natura conſtituatur; nec plures iuſtæ adſunt diuortii cauſae, quam quas recenſuimur.

§. VIII.

Haec ſunt, quae, circa ſocietatem coniugalem hanc notatu indigna cenſebam, quaeque iam dudum publici iuris facere conſtitueram, niſi multa impedimenta, quoniam proposito meo ſatisfacere potuifsem, obſtaculo fuiffent. Habes nunc meam, de vniuersa coniugali ſocietate, ſen-

2) In dubio autem praefumendum: ſocietatem hanc initam eſſe nullo, nec tempore, nec ſobolum numero determinato, ſed eam tam diu durare debere placuifſi, quamdiu vterque ſocius ad ſobolis procreatiōnem capax, nec aetate impeditatur, nulla enim ratio ſuadet, cur aliud fit praefumendum. Quid vero? ſi aetas ſuperueniat, ſique ipſo iure diſſolutio fit facta, verum enim vero pacto conſtituatur, vt rānque ſocium ſibi vicifim mutuum velle praeflare adiutorium, an pro ſocietate coniugali haec coniunctio habenda? quaeſero. Mea quidem tentativa ex §. 2. vbi ſocietatis noſtræ notionem expoſui appetet; licetum quidem tale eſt pactum, ſed non amplius ſocietas coniugalis, quia partium genitalium vnuſ adhiberi amplius non potest, per §. II. not. a.

tientiam. Iam vero restat aliquod officium, cui satisfaciendum ipsa
 poscit obligatio. Duplici ex ratione, multi forsan censura me dignum
 iudicabunt, indicaremque et ipse, si sine ratione id egisset. Nullibi
 inuenies, me philosophiae doctorem recitasse, eius auctoritate proposi-
 tae veritates probatae, saltem corroboratae; me itaque satis clare de-
 monstrasse, plane me hospitem esse in historia iuris naturalis litteraria,
 non sine veritatis specie dices. At, hanc reprehensionem magnae mihi
 duco laudi gloriae, quid enim virorum, quamuis summorum, au-
 toritas? ex castris philosophiae ipsis militare, decus esto! Sed aliae quo-
 que iustae excusationis caussae adsum, defendi quaedam, quae nondum
 multos sibi conciliaere patronos, refutauit non nulla, quae grauissime
 ab aduersariis defenduntur, ut itaque timendum sit, ne hi me ea in-
 ertia adpersum putent, ut super hos omnes me positum somniem,
 neue videar, nominatim me hos illosne refutare voluisse, quod ho-
 dierno more, vix quisquam, licet amicissima mente fiat, tolerare potest,
 neue in suspicionem incidam, quasi manibus pedibusque in philoso-
 phorum republica, decisum quoddam votum adripere vellem. Deum
 inuoco obtestorque, me cum haec scriberem, neminem in mente ha-
 buisse, cuius ob caussam haec seu illa dixerim. Atque si dicam quod
 sentio, quamuis in iuridicis magnum sit decus, amplissima litteraria co-
 gnitio, nec leuiter haec scripta ornent, tamen in philosophicis istud or-
 namentum non magni facio, cum semper auctoritate aliorum sua pro-
 bare istis vtentes videantur. Alterum, quod mihi obrudi posset, vi-
 tium, id forsan est, multa me huic opusculo immiscuisse, quae accurate
 ad rem non pertinent. Ambabus manibus concedo, me ideo quo-
 dammodo monendum videri, nec iustas excusandi caussas, quamvis multae
 sint, allegare possum; sufficiat mihi multis grauissimisque rationibus
 commoto, ita placuisse. Abstineatis itaque vos, quibus nec ordo, nec
 methodus, nec veritates ipsae placent, a meditationum nostrarum le-
 ctione.

Id vero ipse lubenter fateri non erubesco, multas quaestio-
 nes, circa societatem nostram obuenientes, esse omittas. Sic determi-
 nandum fuisset, in cuius religionis principiis liberi sint instituendi, si
 diuersi parentes essent religionis, ne alia attingam, quae etiam secun-
 dum ius naturae determinare, operaे pretium fuisset. Sed temporum

angustis haec velim tribuas. Id vero superfluum puto, si hic dicere, me tantum ius naturae elaborationis normam habuisse; quis enim tam ineptus foret, ut crederet, me secundum politices praecepta, quaestiones hic obuenientes, decidisse! Verum enim vero ipse puto, multa quidem quae ius naturae hanc damnat, ex principiis politicis esse reprehendenda.


Sed necesse est, ut tractationi nostrae, ne ad maiorem, quam voluimus, molem accrescat, imponamus

FINE M.



S

aliquant natus, credimus non habet veludot sibi orum 11
tempore obt. adhuc sibi remanebat cum ea multoq[ue]cet anno 200
in abessentia eis fidelitatem diligenter servire ut, illisq[ue] probata
eiusq[ue] multis temp[oribus] magistris sibi ea recognitis in eis exercitare fidelib[us]
et magnitudine letit. illisq[ue] multorum amicorum communione exercitari et quibus



PHILOSOPHI-EVM

DE

TE CONIVGALI

AVCTORE

RIDERICO GANS
MINO IN PVTLITZ.



SALAM, AERE HENDELIANO.

M D C C L X X I I .

